



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

91 Arte parabis opes, nisi sint satis ecclesiae res.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

filium & auxilium praebeant: neque hoc alicujus amore vel odio praeferant. Quod si quis in hoc Dei opere tepidus inventus fuerit, damnum propriae dignitatis incurat.

C. XII. ¶ *Expellendi sunt a communione fidelium, qui sibi invicem reconciliari noluerint.*

Item Victor Papa ad Afros, epist. 2.

Perlatum est ad sedem Apostolicam, aliquos vestrum nocere fratribus velle, & ut eadem decetare: similiter in sacramentis, discrepare: & ob id contentiones, & amulationes fieri inter vos: a quibus dissensionibus vos avertere, & in his omnibus concordare, & opem ferre vicissim mandamus. Nam si hoc agere cito neglexeritis, & vicissim reconciliari non studueritis, ab Apostolicae sedis, & totius ecclesiae communione vos pelli non dubitatis.

DISTINCTIO XCII.

Qui autem tempore lucro, vel inhonesto negotio victum sibi quaerere prohibentur, de oblationibus ecclesiae stipendia consequantur, proprio artificio, c. vel agricultura (exemplo Apostoli, d. qui de labore manuum vivebat) sibi necessaria inveniat: ita tamen, ut occasione sui operis vigiliis ecclesiae non desit. Quod absque inaequalitate sui corporis nulli impune concedatur.

C. I. ¶ *Corripiantur clerici, qui officis matutinis, vel vespertinis se subtrahunt.*

Unde Pelagius, e. Papa.

Leutherius, frater & Coepiscopus noster queritur clericos suos sibi contra canones superbit, & id quod nobis jubentibus facta in crimine cautione promissit, ut quotidianis diebus vigiliae in eius celebrarentur ecclesia, illis contentibus implere non posse, sed magis unumquemque suis (proposito ecclesiae servitio) vacare negotiis. Eideo experientia tua eos, quos tibi esse ostenderit contumaces, debita oburgatione compeste, & modis omnibus vigiliis vacare compelle.

C. II. ¶ *De eodem.*

[Item ex concilio Nanneiensi.]

Presbyter g. mane, matutinali officio expleto, pensum servitutis suae, canendo primam, tertiam, sextam, nonamque persolvat: ita tamen, ut postea horis competentibus, & signis designantibus iuxta possibilitatem aut a se, aut a scholaribus publice compleantur. Deinde peractis horis, infirmis visitatis, si voluerit, ad opus rurale exeat jejunus, ut iterum necessitatibus peregrinorum, & hospitum, sive diversorum commantium, infirmorum quoque, atque defunctorum succurrere possit, usque ad statutam horam pro qualitate temporis & opportunitate. *h. Item ex dicto S. Bened. i. ¶ Propheta dicente. [Septies in die laudem dixi tibi:] qui septenarius sacratum numerus a nobis sic implebitur, si matutinae, prima, tertia, sexta, nona, vespere, completorii quoque nostrae servitutis officia persolvamus: quia de his dixit propheta & [Septies in die laudem dixi tibi.] Nam de nocturnis vigiliis idem ipse Propheta ait [Media nocte surgebam ad confitendum tibi.] Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro super iudicia iustitiae suae.*

a Pam. l. 2. cap. 147. Poly. l. 4. tit. 13. b al. fratres. c al. artifices. d Ald. 2. c. 1. Cor. 4. 1. Thess. 2. c. 2. Thess. 3. e al. Gelasius. f Anf. l. 7. c. 165. g extra de calc. mystica. 1. 2. x. Agathensi. Bur. l. 2. c. 104. Ivo p. 6. cap. 181. ex Nanneiensi. h al. opportunitate. i In reg. S. Bened. l. 1. cap. 103. Ivo p. 6. cap. 112. k Psal. 111.

C. III. ¶ *Sine officii detrimento, artificio sibi clericus necessarius quaerat.*

Item in concilio quarto Carthaginiensi, c. 52. & 49.

Clericus a victum & vestimentum sibi artificio, vel agricultura, absque officii sui duntaxat detrimento, parat. *h. Item. c. ¶ Clericus, qui absque corpulenti sui inaequalitate vigiliis adest, stipendio privatus i. excommunicatur.*

¶ Privatus.] In postrema Colonienfi conciliorum editione legitur, privetur. Sed in vetustioribus Colonienfibus, duabus Parisiensibus exemplaribus, duobus hujus concilii manuscriptis Vaticanis, & uno Sorienfi regio legitur quemadmodum apud Gratianum.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item ex eodem, c. 51. 53. & 48. & 50.

Clericus, quantumlibet verbo Dei eruditus, artificio victum quaerat. *Item. f. ¶ Omnes clerici, qui ad operandum validi sunt, & artificio, & literas discant. Qui vero non emendo aliquid in mundanis, vel in foro deambulant, ab officio suo degradantur. Intemptores t. autem ab officio declinantes, vel negligentius agentes, ab officio suo removeantur.*

¶ Caput hoc confectum est ex multis capitibus Carthaginiensi quarti, non suo ordine dispositis.

¶ Intemptores.] In exemplaribus concilii etiam manuscriptis legitur, clericum inter tentationes ab officio suo declinantem, vel negligentius agentem, ab officio suo removendum. Contra enim in canone 22. jubet, clericum inter tentationes officio suo incubantem, gradibus sublimandum. Sed ob glossam non est mutatum. De tentationibus vero, ob quas (praeter tyrannorum perfectionem) aliqui clerici officium suum deserant, agit B. Ambrosius, epist. 17.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item ex concilio Aurelianensi 1. c. 30.

Clerici vero, qui ad opus sanctum adeste contempserint, secundum arbitrium Episcopi ecclesiasticam suscipiant disciplinam.

DISTINCTIO XCIII.

Cum autem ad ecclesiam venerint, corde magis, quam voce Deo cantandum meminerint.

C. I. ¶ *Corde, non voce tantum Deum laudare debemus.*

Unde Hieronymus lib. 2. comment. ad cap. 3. epistola ad Ephesios.

Cantantes g. & psallentes in cordibus vestris Domino.] Audiant haec adolescentuli: audiant ii, quibus psallendi in ecclesia officium est: Deo non voce, sed corde cantandum: nec in tragœdorum modum guttur & fauces dulci medicamine linitendae h. sunt, ut in ecclesia Theatrales moduli audiantur, & cantica, sed in timore, in opere, in scientia scripturarum.

Ab officio autem cantandi: & psallendi Diaconi interveniuntur exempti, ne dum vocis modulationi student, altaris ministeria negligant.

C. II. ¶ *Cantandi officium Diaconi sibi non usurpent.*

Unde Gregorius l. 4. epist. 44. seu c. 88. & l. 12. post finem epistolatum in concilio ab ipso habito.

In sancta Romana ecclesia dudum consuetudo est: valde reprehensibilis exorta, ut quidam ad faci altaris ministerium, i. cantores eligantur, & in diaconatus ordine constituti, modulationi vocis interserviant,

a Bur. l. 2. c. 309. Ivo p. 7. c. 180. b al. apparet. c Cap. 49. d dist. 92. c. 3. e Bur. l. 2. c. 102. Ivo p. 6. c. 179. & 180. f C. 13. C. 48. Bur. l. 2. cap. 210. Ivo p. 6. cap. 285. Bur. l. 2. cap. 51. C. 30. g Anf. l. 7. cap. 70. Eph. 5. h al. collimendae, ut. i Anf. l. 7. cap. 69. Poly. l. 4. tit. 3. Ivo p. 2. cap. 79.

K